

SCRIPTA IN NVPTIAS CLARISSIMI

VIRI, OMNIBVSQVE VIRTUTIS AC FORTVNÆ ORNAMENTIS CV-
mulatissimi, D. GEORGII EVERHARDI, Iureconsulti Ingolstadiensis, ibidemq; Canonum Professoris Ordini-
narij: nec non honestissimæ, pudicissimæq; Virginis CATARINÆ PAVMFELDERIN, ciuis Ingolstadianæ.



APOSTROPHE AD SPONSI PARENTEM DOCTISSIMVM,
atq; nominatißimum Iureconsultum D. Nicolaum Euerhardum Frisium
Seniorem, à Phil: Menzelio Poëseos P. & v. T. X. Ed. i. w. scripta.

Multum uenerande senex, clarissime Legumi
Interpres, nostriq; uelut sol aureus orbis,
Quos tibi nunc sensus animo? quæ gaudia credam
Surgere? quóue tuam perfundi nectare mentem?
T alia dilectæ quando connubia proliſ,

Vt potes, utq; ſinit membris non æqua ſenectus,

A spicis, & gnatī genitor miraris honorem?

Fortunate nimis, quem tantum diligit æther,
Hoc ſeris addens etiam ſolamen in annis,
Iam factō toties ut auo tibi, ſydere fausto,
Spe m nurus accendat nunc tertiaruſ ſus eadem,

Haud ignara nouos ſeſe debere nepotes,

A c propagandos longè lateq; EVERHardos.

Si proles igitur, uelut arguit ore parentem,
Sic animum, moresq; refert, ſic pectorē toto,
Quod patriū est, ſpirare ſolet, concretaq; uirtus
In ſeriem generis crebro transfunditur omnem:

Quam tu coniugio ē tali prodire uidebis,

Maxime uir, ſobolem? qua ſpe? quibus undiq; claram

Dotibus? ut Frisio ſe cretam à ſanguine monſret?

Nam, nuptæ ut taceam tot uirginis ornamenta,
Quid Sponſi aggrediar laudes? quem cognita uirtus
Illuſtre, magnumq; facit? quem mentis acumen,
Diuinusq; uigor celebrat? quem Iuris, & æqui

Maxima cognitione priscis authoribus æquat? (inter,

Quid geminos dicā fratres? quoſ GASP Parus
Quem tenet Imperij ſupremum Spira tribunal,
Pendentes æquo trutinantem examine cauſas?
Aſt alter Bauari flos, & pars magna Lycei
NICOLAVS uir consilijs, ſapienteq; plenus
Eloquio, (non ille Ducum est incognitus aulis)
Cuius, ut orāclum quoddam, de iure rogantes,
Limina diuersi proceres, populiq; frequentant?

T e uero, dijſ chare ſenex, te carmine primum
Exequeret, ſi non pariter me carmen, & hora
In te deficerent, ſi carmine crescere poſſes,
Doctorum foecunde ſator, cui tempore eodem
Surgit natorum longè pulcherrimus ordo,
Quos æqualis bonos omnes, eademq; coronat
Purpura doctrinae testis: quibus omnibus una
Emeritos ambit Legalis laurea crines,
T resq; intergnatos Doctores Doctor & ipſe
Ecce ſedes quartus: Dictuſ mirabile, rarum
A uiditu, & patribus confeſſa ſuperbia paucis,
Munere, dij, uero. T aceat iam Roma Metellum,
Et quos prætereā Graij dixere beatos: Cre laudē.
Hāc, EVERHĀ rde, tibi ſas eſt transſcribe.
Et merito: Pietas, pietas hæc præmia ſentit.

Nonne id Ieffei teſtantur carmina uatis,
Quæ ſacri quondam cecinit Iordanis ad undas:

FOELICES, ait, o Dominū quicunq; uerentur
Monſtratumq; ſibi carpunt iter: Ecce fruēre
His, tibi quæ manuum peperit labor: ecce beatus,
Cunctaq; ſalua tibi fuerint: ceu uitis abundans,
A tria quæ ramis præcingit, ſic tua coniux:
A tq; tuas circum dulcissima pignora mensas
A dſtabunt, nitidæ tenerum quæſi germeſ oliuæ.

Quod ſupereſt, longæue pater, cui ſerior aetas
Non exors huius (ſic dij uoluere) triumphi,
Letitiaeq; uenit duſenda: annosq; ſeueros
Successus Nati, atq; ingentia gaudia mulcent:
Optandum fuerit noſtris id deniq; uotis:
Sit foelix thalamus: uiuat cum coniuge coniux

In columnis, uiuatq; diu: concordia mētes
149
Iungat, & infinitus amor, quoſ fœdere iuxit
A eterno promissa fides, unumq; cubile:
Hinc EVERHardiades exactis mensibus adſit
Paruulus, & gremio ludens aptetur auito.

ALIVD PER M. THOMAM
Stangerum Frisium.

Q Vis ualeſ exacte uelras deſcribere laudes
A onides Muſe, quiſ uel A pollo tuas?
Quod tam multipliſ ſimul afficiatiſ honore
Quoſlibet, in ſtudijs qui tetigere ſcopum.
Bis tribuſ elapsi preclaras GEORGIVS annis
A uxilio uelro præmia nonne tulit?
Nonne, quod Elysio fuerit uerſatus in aruo,
Iuridicus meruit dicier eſſe ſophos?
Illiſ in uofmet modo gloria parta redundant,
Iura quod enucleat, iuſtitiamq; colit.
Ecce ſubeft unum, quod cætera gaudia compleſt,
V eſtra uelum precibus uota ſubeffe meis.
V nica progenies, per honesta puella, parentum,
Nubit EVERRhardo, quæ mea Muſa canit.
Iam quia læta locum deceant coniuia, tædas
Semideæ Nymphæ, & Palladiſ alma cohors.
Hoc ut coniugium præſentia uela ſecundet,
T angatisq; ſacræ pectine fila lyrae,
Ludat in humanis diuina potentia rebus,
Vt ſtupeant ſuperos pectora noſtra choros
Verafalus Chriſtus uiuens in carne caduca
Dignatus thalamum concelebrare fuit:
Quem comitata fuit genitrix sanctissima Virgo,
A dmirata rubrum de latice ire merum.
A dfuit, in terris dum ſit uerſatus, in astris
Dum reſidet, nobis ſemper ad eſſe cupit.
Ergo legitimum decus hoc absolue GEORGI,
Splendida Cælicolum numina prompta uides.
Tu CATHARINA (precor) parili lœtare
Egregioq; lubens conſociare uiro. (triumpho
Casta Minerua fauet cæptis, & pronuba Juno,
Cum chelybus q; ſuis pulcher A pollo fauet.
Quam uenerande SENEX fælici prole bearis,
Eſt nihil, ulterius quod petiſſe potes.
Rotterodama ſuum nusq; non iactat Erasmus,
Iaſlet EVERRhardo A mſterodama ſuos.
Tu decus omne tuis: Batauis gratiſimus olim,
Nunc extas Bauari luxq; decusq; ſoli.
Si ſru donatus, ſubeant tua munia Nati
Sint baculus ſenij, præſidiumq; tui.
A ſpice multiplices dupliſ de ſtripe neptes,
In ſuper & plures tempora prima dabunt.
Nec dubites: etenim poſta eſt in origine uirtus,
Membris robur ad eſt, ingenijq; uigor.
Si uenit illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, eſto, tamen fama perennis erit.
SPONSE tuas laudes uiuat uno claudere uerbo
Diceris eximij tertia ſtella patris
SPONS A q; te laudant caſtiſima uincla pudoris
Integritas uitæ, formaq; labe carens.
Vos Deus A ethereus ſociali fœdere ſacret,
Iuſtus ut in placito fiat amore modus.

Ex Typographia VVeiffenhorniana.

ANNO M. D. LXIX.

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820

Ex Libr. of J. D. Estey
Estey's Library, New Haven, Conn.
1820